POSITIONES PHILOSOPHICAE.

EX
PROLEGOMENIS PHILOSOPHIAE,
LOGICA, ATQVE METAPHYSICA,
AD

DISPVTATIONES

IN ACADEMIA MOSQVENSI,
DIE. 12. IVLII ANNO 1776 HABENDAS,
PVBLICE PROPOSITAE;
NEC NON

EMINENTISSIMO DOMINO
PLATONI,
SANCTISSIMAE SYNODI RVSSICAE MEMBRO,
DIOECESEOS MOSQVENSIS ET KALVGENSIS
ILLVSTRISSIMO ARCHIEPISCOPO,
LAVRAE SS. TRINITATIS SANTIQVE SERGII
ANTISTITI OPTIMO
ATQVE
ACADEMIAE MOSQVENSIS
DIRECTORI ET PROTECTORI MAXIMO
OBLATAE, DICATAE ET CONSECRATAE
AB
Academiae Praefecto et Philosophiae Professore
HIEROMONACHO DAMASCENO.

I.

Philosophia, Systematice considerata, nihil aliud est, quam scientia, ratione sola cognita, qua ea, quae homini, in quocunque statu spectato, ad animi, corporis, statusque sui externi felicitatem promouendam, vel scienda vel agenda sint, distincte tradantur.

II.

Philosophia non propter facultates seu scientias, sic dictas, superiores addiscenda solum est, sed eam maxime ob rationem, quod per se homini admodum vtilis sit atque necessaria. Quare Theologiae reuelatae ministra aut ancilla nullo modo esse, neque appellari potest; quum pro principio cognoscendi solam rationem, non vero reuelationem, habeat: attamen nullum Philosophiae studium diuinae reuelationi potest esse inimicum; adeoque nec philosophandi libertas iniustis coërcenda est limitibus.

III.

Neque Protoparens noster, Adamus, neque Noachus, neque Abrahamus, neque Iosephus, neque Moises, neque Dauid, neque Salomo, veri fuerunt Philosophi; sed Philosophia, strictissimo sibique proprio sensu accepta, originem suam ducit ab Aristotele; atque nostro tantum hoc aeuo ad longe maiorem perfectionis gradum deducta est, quam quidem omnibus, qui antecesserunt, saeculis siue a Graecis, siue a Latinis, siue ab Arabibus, siue a Scholasticis, siue ab aliis cuiuscunque nationis Philosophis id factum esset.

IV.

Logica est talis disciplina, quae intellectus nostri operationes ad veritatem et inueniendam, et ex aliorum scriptis eruendam, cumque aliis communicandam et defendendam, errores vero contra vbiuis euitandos, dirigere doceat.

V.

Omnium quoque rerum tam materialium, quam immaterialium, ideae oriuntur a sensibus, siue externis, siue internis; id quod de abstractissimis etiam notionibus non minus valet. Extra controuersiam ergo Aristotelicum illud iam ponendum est axioma: *nihil* nempe *in intellectu esse, quod non prius fuerit in sensibus.* Ex quo consequitur, *ideas innatas* purum putum quorundam Philosophorum esse figmentum.

VI.

Vti res extra nos positae, ita etiam sensus, illas nobis repraesentantes, vere existunt, neque nos, positis omnibus ad repraesentandum requisitis, fallunt, aut fallere possunt. Datur ergo criterium veritatis, quo verum a falso discerni exacte queat. Vltimum vero omnium nostrorum iudiciorum criterium propositio illa Aristotelica est: *impossibile est, idem simul esse et non esse.*

VII.

Metaphysica est eiusmodi scientia, quae de primis omnis euidentiae et certitudinis humanae principiis agit, generalissimasque rebus omnibus, siue vere existentibus, siue mere possibilibus, competentes notiones explicat. Rectius ergo illam *Philosophiam primam*, quam vel *Metaphysicam*, vel *Ontologiam*, vel alio quocunque nomine appellandam esse existimamus. Ex quo patet, temere et absque vlla ratione, ex non intellectis tantum Aristotelis libris, a Scholasticis *Ontologiam, Pneumatologiam et Theologiam* naturalem inter Metaphysicae partes positas esse et hucdum poni.

VIII.

Prima omnis euidentiae et certitudinis humanae principia sunt duo: *contradictionis nempe et rationis sufficientis.* Ex quibus intelligitur, et sequentes positiones veras esse: omnes rerum essentias esse aeternas, necessarias, immutabiles, neque ab intellectu, neque a voluntate cuiusuis entis, quanquam potentissimi, pendere: nullam durationem, etiam aeternam, sine successione existere posse: in quanto successiuo regressum in infinitum realem esse possibilem: in serie tamen causarum contingentium eiusmodi regressum in infinitum dari non posse; duo entia perfecte sibi similia non existere etc.

Typis Vniuersitatis Caesareae Mosquensis.

ПОЛОЖЕНІЯ ФИЛОСОФИЧЕСКІЯ.

ИЗЪ
ПРЕДУВѢДОМЛЕНІЙ О ФИЛОСОФІИ,
ИЗЪ ЛОГИКИ, и МЕТАФИЗИКИ
ДЛЯ

ФИЛОСОФИЧЕСКИХЪ СОСТЯЗАНІЙ

ВЪ МОСКОВСКОЙ АКАДЕМІИ
1776 ГОДА ІЮЛЯ 12 ДНЯ,
ПУБЛИЧНО ПРЕДЛОЖЕННЫЯ
И
ЕГО ВЫСОКОПРЕОСВЯЩЕНСТВУ
СВЯТѢЙШАГО ПРАВИТЕЛЬСТВУЮЩАГО СИНОДА
ЧЛЕНУ
ПРЕОСВЯЩЕННѢЙШЕМУ
ПЛАТОНУ,
АРХІЕПИСКОПУ
МОСКОВСКОМУ и КАЛУЖСКОМУ,
СВЯТОТРОИЦКОЙ СЕРГІЕВОЙ ЛАВРЫ
СВЯЩЕННО-АРХИМАНДРИТУ,
МОСКОВСКОЙ АКАДЕМІИ
ПОЛНОМУ ДИРЕКТОРУ и ПРОТЕКТОРУ
БЛАГОГОВѢЙНО ПОСВЯЩЕННЫЯ
Отъ Академіи Префекта и Философіи Профессора
ІЕРОМОНАХА ДАМАСКИНА.

I.

Философія, въ Систематическомъ смыслѣ взятая, есть наука, на единомъ разумѣ основывающаяся, и все то подробно преподающая, что человѣку, во всякомъ состояніи находящемуся, къ распространенію благосостоянія какъ душевнаго и тѣлеснаго, такъ и внѣшняго, знать и творить нужно.

II.

Философіи не для вышшихъ только, такъ называемыхъ, Факултетовъ или наукъ обучаться надлежитъ, но для того наипаче, что она сама по себѣ человѣку весьма полезна и нужна. Почему не можетъ быть, ниже назваться откровенной Богословіи рабою; ибо не откровеніе, но здравой разсудокъ одинъ есть ея основаніемъ: однако никакое въ Философіи упражненіе не можетъ быть откровенію противнымъ. Для того вольность въ Философствованіи не должна быть несправедливыми средствами ограничиваема.

III.

Ни праотецъ нашъ Адамъ, ни Ной, ни Авраамъ, ни Іосифъ, ни Моисей, ни Давидъ, ни Соломонъ подлинные были Философы: но Философія, въ тѣснѣйшемъ и собственномъ себѣ знаменованіи, начало свое возъимѣла отъ Аристотеля; и въ нынѣшнемъ только столѣтіи въ гораздо лучшее состояніе приведена, нежели какова она была во всѣ мимошедшіе вѣки у Грековъ, Римлянъ, Аравлянъ, Схоластиковъ и у другихъ народовъ Философовъ.

IV.

Логика есть такая наука, которая показываетъ, какъ управлять дѣйствіями нашего разума и къ изобрѣтенію собственными силами, и къ уразумѣнію изъ другихъ сочиненій, и къ сообщенію другимъ и защищенію истинны, къ избѣжанію же напротивъ погрѣшностей вездѣ и во всякомъ случаѣ.

V.

Всѣхъ вещей, какъ вещественныхъ, такъ и невещественныхъ, идеи или понятія имѣютъ свое начало отъ чувствъ или внѣшнихъ, или внутреннихъ; что самое сказать можно и о отвлеченнѣйшихъ понятіяхъ. Слѣдовательно никакому сомнѣнію не подлежитъ оное Аристотелево положеніе: *что нѣтъ ничего въ разумѣ, чего бы прежде небыло въ чувствахъ.* Отсюду слѣдуетъ и то, что *прожденныя понятія* суть только нѣкоторыхъ Философовъ выдумки.

VI.

Какъ вещи внѣ насъ находящіяся, такъ и самыя чувства, посредствомъ которыхъ мы себѣ оныя представляемъ, имѣютъ подлинно свое бытіе, и естьли всѣми къ представленію принадлежностями снабдѣны бываютъ, то ни когда насъ не обманываютъ, ниже обмануть могутъ. Почему всенепремѣнно есть признаки истинны, пособіемъ которыхъ ложъ отъ правды отличить точно можно. А самой верьховной всѣхъ нашихъ разсужденій признакъ есть оное Аристотелево предложеніе: *не можетъ статься, чтобъ тоже въ одно время и было и не было.*

VII.

Метафизика есть такая наука, въ которой преподаются самыя первыя основанія всего того, что человѣкъ ясно и достовѣрно знать можетъ; также толкуются самыя общія и всѣмъ вещамъ, какъ бытіе имѣющимъ, такъ и возможнымъ только, приличествующія, понятія. Чего ради правильнѣе называть бы ее надлежало *первою Философіею*, нежели *Метафизикою или Онтологіею*, или другимъ какимъ нибудь именемъ. Изъ сего явствуетъ, что Схоластики безъ всякой причины, отъ одного только неуразумѣнія Аристотелевыхъ книгъ, положили въ числѣ частей Метафизики *Онтологію, Пневматологію, и Богословію естественную.*

VIII.

Самыхъ первыхъ всея ясности и извѣстности человѣческаго познанія основаній есть два: имянно, основаніе *противорѣчія и причины довольной.* Изъ которыхъ видно, что и слѣдующія положенія суть справедливы: всѣхъ вещей сущности суть вѣчны, неотлучны, неизмѣнны, ни отъ какого существа, ниже отъ самаго всемощнѣйшаго, независящи: никакое пребываніе, ни самое вѣчное, безъ послѣдованія быть неможетъ: въ послѣдовательномъ количествѣ дѣйствительное въ безконечность назадъ отступленіе возможно: однако въ порядкѣ случайныхъ причинъ такое въ безконечность назадъ отступленіе быть не можетъ; нѣтъ двухъ вещей совершенно между собою сходныхъ. и проч.

Печатаны при Императорскомъ Московскомъ Университетѣ.

62